



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 11. Solimani Turcarum Imperatoris Epistola ad magnum Rhodiorum
Magistrum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.

A. C. 1522.

§. XI.

Solimani Turcarum Imperatoris epistola ad magnum Rhodiorum Magistrum.

*De Vertot
hist. de Mal-
the to. 2. p.
496. & suiv.*

Sultanus, ut ipse Magnum Magistrum Equitesque suo de molimine certos redderet, epistolam ad eos perscripsit duris admodum verbis conceptam: „ Latrociniis, inquiebat, quibus fideles „ nostros subditos continuo vexatis, nec „ non injuriis imperiali Majestati nostræ illatis compulsi vobis præcipimus, ut nulla mora Insulam, & Rhodi arcem nobis cedatis; si sponte id „ facere velitis, per Deum cœli terræque conditorem, per viginti sex milia Prophetarum, necnon per quatuor „ Musaphos de cœlo delapsos, ac denique per ipsum magnum Prophetam „ Mahomet juramus, quod vos Insula „ excedere, ejus vero incolæ persistere „ poterint, nemine vestrum ullatenus „ læso: si autem jussis nostris illico morem gerere renueritis, cunctos formidandus gladius noster absument, omnesque turres, propugnacula ac Rhodi mœnia deprimentur ad parvitatem „ herbæ, quæ ad radices horum omnium munimentorum crescit. „

§. XII.